

819. *Achyrophorus brevicaulis* Ph. A. glaber, foliis radicalibus rosulatis, oblongo-linearibus, acutis, subintegerrimis; vel lobulato-dentatis; caule monocephalo, foliis vix longiore, foliis paucis linearibus, infimis semiamplexicaulibus, supremis bracteaeformibus onusto; squamis involucri exterioribus hispidis, omnibus obtusis; paleis linearibus, sensim acuminatis; achaeniis breviter rostratis, praesertim exterioribus.

Prope Corral detexit orn. Krause. — Folia radicalia 30 lin. longa, 6—7 lin. lata, in petiolum brevem angustata. Caulis ad summum 5-pollicaris, plerumque modo tripollicaris, siccus sulcatus, sub flore panlulum incrassatus et hispidus. Involucrum 6 lin. longum. Paleae panllo breviores. — *A. andinus* DC. achaeniis exterioribus brevius rostratis convenit, sed caule elongato et squamis involucri paucioribus satis differt. *A. tenuifolius* DC. squamis involucri glabrescentibus etc., *A. Lessingii* Schultz Bip. foliis radicalibus hirsutis, achaeniis longe rostratis; *A. Jussieu* Schultz Bip. achaeniis peripheriae multo longioribus; *A. thrincioides* Remy caule basi nudo, foliis hispidis; *A. tenuifolius* Remy caule pedali etc. differunt.

820. *Achyrophorus angustissimus* Ph. A. glaberrimus; caule monocephalo, nudo, foliis radicalibus linearibus integerrimis, in petiolum longam attenuatis; squamis involucri paucis, anguste linearibus, achaeniis . . . (erostribus?).

Inter lacus Llanquihue et Todos los Santos invenit orn. Cox. — Caulis 14 poll. altus, tantummodo foliis duabus minutis, 3 lin. longis onustus. Folia radicalia majora ultra 4 poll. longa, modo $1\frac{1}{3}$ lin. lata; breviora 15 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, omnia integerrima. Involucrum 8 lin. longum; squamis ad summum 24 constans, quarum nulla latitudinem 1 lin. aequat. Achaenia matura non adsunt. — Involucri squamis

paucis, oblongo-linearibus, subnigricantibus cum *A. andino* DC. convenit, sed foliis integerrimis, angustissimis, squamis involucri laevibus nec dorso hispidis, (achaeniis crostribus?) differt; ab *A. tenuifolio* DC. vero squamis involucri anguste linearibus neque „ovali-oblongis“ valde discrepat.

821. *Stevia tenuifolia* Ph. St. fruticosa, puberula; foliis oppositis, superioribus alternis, sessilibus, linearibus, uninerviis, integerrimis, aut uno alterove dente utrinque munitis; floribus cymosis, albis; achaeniorum pappo paleis brevibus, setisque 3—4 inaequalibus formato. An. Univ. Chil. 1862. 2. p. 397.

In latere Mendocino Andium in transito „Portillo de los Piquenes“ dicto invenit orn. W. Diaz. — Modo ramuli 6—8-pollicares suppetunt, basi vix $\frac{3}{4}$ — 1 lin. crassi. Folia majora 14 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata, jam internodiis longiora, jam breviora, fere omnia ex axilla ramulum emittentia. Capitula 2—7 in quovis ramo; involucrium 4 lin. longum.

822. *Eupatorium Volckmanni* Ph. Eu. caule suffruticoso, tereti, pulverulento-velutino, cinereo; foliis minutis, brevissime petiolatis, subfasciculatis, oblongis, in petiolum attenuatis, crenatis, subtus reticulatis; floribus laxe paniculatis, fere cymosis; pedicellis capitula aequantibus vel superantibus; capitulis 9—12-floris; squamis involucri linearibus, obtusiusculis, subuniseriatis, pulverulento-velutinis; achaeniis costatis, laevibus? An. Univ. Chil. 1861. p. 51.

Prope Vallenar invenit orn. Volckmann. — Folia fere exacte eadem atque in *Eu. folioloso*, sed inflorescentia, panicula laxa fere cymosa, valde distincta; capitula majora, longe pedicellata (pedicelli 4— $4\frac{1}{2}$ lin., pedicelli *Eu. foliolosi* vero $1\frac{3}{4}$ — 2 lin. longi) pubescentia squamarum involucri longe brevior, et achaenia, uti videtur, laevia.